

ORATIO
THOMÆ GREGOLINI
PYRHANENSIS
DE D. THOMÆ AQVINATIS
Laudibus
VNIVERSITATIS ARTISTARVM
Archiliceï Patauini Protectoris.

Illustrissimo, ac Generosissimo D. D.
NICOLAO PETRONIO
CALDANA PYRHANENSI
Eiusdem Vniuersitatis
PRORECTORI, ET SYNDICO
Meritissimo.



ORARIO

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE

VICOLA DE' BIANCHI

THE MUSEUM OF THE

THE MUSEUM OF THE


BX
4700
TG
674
1700
JESUITICA

4/1/13 DLR



Illustrissimo Viro Prorectori,
ac Syndico meritissimo

NICOLAO PETRONIO
CALDANA.



IBI ILLUSTRISSIMO PRORECTORI,
& SYNDICO PERFECTISSIMO,
imperfectio mearum *Emble-*
ma dicatum volo, tibi namq^{ue} ve-
neratio nostræ ætatis Apollini luci-
da tui ipsius gestantem in pectore
insignia tueri contingit; clara Tho-

ma Aquinatis vita, non aliunde tuelam exposcit,
quam ab umbra clientelæ tue; & quia hodierni in-
geniorum partus non prius ad lucem lumina, quàm

brachia ad luctam aperiunt, malignorum inculcationes
profligare intentantes, hunc inerudita mentis fœtum,
omni fucata facundia tegumento carentem, & nudum
prorsus abijcio, ut agilior surgat ad pugnam; Certamen
iam subijci ipse, & oleo membra perungenda doctissima
tua minerua olea nouus prisco more luctater
exponit. Thomas Diuus sicuti litteratorum militum
fulget Protector, quorum modo **PRORECTOR**
ILLVSTRIS es Imperator, ita hanc pro ipso
compaginatum orationem, rationem, tanquam de tuo
habere, promereri certum est interim eum tua prosequere
gratia, qui tibi dum altiores honoris gradus aspiciatur
ipse se confiteatur.

Patauij die 7. Mensis Martij 1654.

Dominat. tuæ Illustriss.

Additis. Fam.

Thom. Gregol.

ORATIO.



Uertissimi Angelorum chori Angelici
Doctōris glorias enarrant , & sempiterni Cælorum motus eius præclara gesta circumferant; Huius enim Diui N.N. cuius nomen Abyssum resonat, mirabiles ad eleuandas excellentias, non rudis intellectus mei superficie , sed altissimi ingenij est opus profunditate.

Dum radiantes eiusdem virtutum fulgores intueri presumit oculorum acies , ne obtundatur perstricta , Aquilæ potius, quæ solem non cecutientibus consuevit spectare luminibus, quàm noctuæ, quæ in auroræ exitu illicò se trudit in tenebris, visus est perquirendus .

Lingua mea , calamum scribæ diuinitus scribentem , qui ab ore cælestis oratoris de crucis cathedra Panegyrii meruit audire, decorare præconijs iam se confitetur inertem .

Sciens me verba facturum de eo , qui Sanctissimæ Triadis ferè omnia detexit arcana, & in diuinarum, humanarumq; rerum speculationibus , hominis supergressus est capacitatem , angelica mihi carenti facundia , fandi facultas deesse debebat.

Transeat labij rubor ad genæ pallorem , dum aggredior oris aperitionem coram sic erudito hominum cætu , ad quos laudandos iam totus terrarum orbis se præparat Encomiastem.

Vndequaque tamen spes mihi virescit , quia cum Prorectori Sanctissimo , Prorectori Generosissimo , & tantis sapientiæ Numinibus me mea deuoueat oratio, annuentibus benignitatis vestræ votis , nisi gratias expectandas opinor .

Sermonis mei nauis per mare magnum DOCTORIS ANGELICI vitæ, dum vos placido me spectabitis intuitu, æstuantem euadet fluctus , & securum tenebit portum . interim quæ dicam accipite , quæ omittam comprehendite mente, dicenti partecite , nam ad bene de ANGELICO DOCTORE loquendum ardentis seraphini requiritur eloquentia , non torpentis ingenij sterilitas .

Thomas Gloriosus nobilibus parentibus Landolpho Comite, & Theodora Neapolitana natus, tanquam sol in sui ortu non minus quam in occasu Aquini illustravit Ciuitatem. Hic antequam egressus vteroque hac lucis fueretur vsura, à diuinæ Providentiæ consilio electus fuit, vt esset lucidissimum sanctitatis speculum, in quo mundus se à peccatorum labe turpatum perspiciens, maculas emundaret, & deformata sui facies ab hoc vitiorum moderatore virtutum pulchritudine decoraretur. Thomas infantulus virium adhuc nescius, potens est generare prodigia: dum in vase abluitur argenteo, sui puritatem legendam voluit Altissimus, quando ex altiori cubicali loco ab inuisibili demissa manu carta candida volitans circumuoluebatur coruscans, quam puer videns, (mirabile dictu) ea manu erecta comprehendit, quæ nondum apprehenderat posse moueri, cum Mater in pagella exaratum salutationem admiraretur angelicam, filius ori admouens, frustra ipsa obstante deglutiuit.

Apud examina puerorum in cunabulis adhuc accubantium cum confedisent in ora præclaras eorumdem eloquentiam præmonstrare, non desuere aspiciam; sic Platonem in philosophia mirabilem, Pindarum in poetica incomparandum, Ambrosiumque in Theologia ferè inimitabilem terrarum orbis est veneratus. Sed quid hæc cum infantuli Thomæ prodigio? hic dum salutationem angelicam sibi diuinitus delatam comedit, Incarnati Verbi, mundo se nuntium venisse denuntiat: Eius linguam, cum statim vocis nexibus fuerit soluta, Mariæ, & Gabrielis eloquium, nullo humano erudiente magistro recitare, ad maiora sanctitatis culmina, veluti regiam voluerem, nostrum Aquinatem euolaturum indubia extitere iudicia.

Molia membra adolescentis vix primi tetigerant Iustri pondus, quando sub gloriosi Institutoris Monachorum BENEDECTI disciplina noctibus paternis ipse venerandam flexit cervicem. Proficiebat sapientia, & sanctitate, interim eiusdem eruditores exemplari religiosæ vitæ ipsum veræ religionis rediderunt simulacrum, ita vt omnes admiratione capti, purum hominem, vel angelum a seuerare vererentur.

Puerilibus victus annis in rationis captiuitatem cepit ducere sensus; & omni errorum nexu solutus pio pede cælum versus faciebat iter.

Maiores adeptus vires Neapolim proficiscitur, vt illis operam daret scientijs, quæ illum postea habere magi sruum minime sine dedignatæ. cum neapolitanas appullisset ad oras, & Ciuitatis miranda demisso transfisset oculo; curiositas de sua iuuenili ætate cepit conqueri, quòd tantis delitijs, quibus vtrò redebant vestigalia ciues non solum, sed exteri, Thomas sua nondum adrouisset lumina; verùm incauta ignorabat, quod sub vmbra nigrarum vestium sub qua vsque tunc claram degerat vitam, perciperat congregare visum, vt tantummodo disgregaret vbi reflexisset albedo Virtutis. Hic vbi Thomas defixo spectabat cilio, Pilijs Patriaræ Dominici, tanquam deuotionis honorificentissimis simulacris ferè omes imolabant obseruantias: hæc Dominicana familia sanctimonix iubar, argentem mundum calore predicationis fouens, iuuenis cor eius amore sic æstuabat, vt exutis onerosis mundi vestibus, leues Predicatorum Patrum amictus precibus incessantibus postularet. Hi qui iam in luminosa Orientis facie huius adolescentis splendidissimum legebant meridiem, non obscurioremq; prospiciebant Ocasum, suam hoc sole religionem illuminare statuerunt.

Sathanas tartareus fur, natura odio prosequens lucem, Thomæ proposuit lucida obscurare crepuscula, iciebat namq; quod hic sol cum mundo rutilaret, illi; qui sui suggestione ambularent in tenebris, & vmbra mortis, hoc salebroso ceco tramite derelicto ad verum Iustitiæ solem Christum, qui via, vita, & veritas dicitur, præcudubio gressus direxissent: Vnde iste infernalis lupo pelle indutus ouina, in genitoris Thomæ aures sic ad vlulandum se contulit.

Landulphe hic te apprehendit otiositas? quid? non euolas, dum spes tua properat ad sepulcrum nunc, quòd in penetralibus Xenodochij clausit religio Thomam. Thomam inquam, quem mox magnum Equitem inter Principum cætus Augustas deambularem Aulas cernere tibi erat in votis, modò abiectum euasum fratrem inter cænobij angustias pede morari videtur. tenerimam hanc plantam, vultus tui sudore irrigatam, quam crescentem tuæ labentis-vitæ baculum proposueras Patres isti tuæ flexerunt vtilitati. Sed vade, vade Landulphe dignum tui fac opus; eos perde, qui tibi viscera sunt erepti, dum paratos ad restitutionem non inueneris.

Spes eius genitorem tenebat , natum alacrem euasum belligeratore , claragentibus tubis militum acies profligaturum ; nesciebat tamen , Thomam sancti Spiritus Tubam fore , cuius sonus exiens in omnem terram , & in fines orbis terræ verba eius , mundum oneraret prodigijs , & à sathanæ captiuitate mille millium libertatem vindicaret , Dominicanæ militiæ Imperatorem in Sanctæ Ecclesiæ capitolio , de his , contra quos homo maiorem habeat colluctationem triumphos expectare .

Sanctus Iuuenis inter in inter felices cenobij mansiones Paradisi delitijs potiebatur contemplatione ; senesq; Patres eiusdem , cælestem animam sanctæ tanquam caritatis compendium venerantur .

Cum verò ijs delatum esset Thomam periculo laborare , ne vi tolleretur à religione , Theaurum hunc animatum , Lutetiæ Parisiorum deferunt custodiendum : sed obstupescite cæli . profacinus , grassata religio torquetur , dum proprij fratres Thomam inuadunt , & vi de manibus ministrorum Christi absumitur , qui vltro se totum Deo dicauerat : hominem , quem Creator reliquit in manu consilij sui , creaturæ , in arbitrij captiuitate detinerentur .

De potestate Predicatorum Patrum ereptus Iuuenis Thomas , detruditur in Arcem Castri S. Ioannis , vt libertate denudatus , eius animi prosterneretur fortitudo , & stabile diuinæ feruitutis ædificium , varijs agitationibus concussum ruinæ precipitis ictu demoliretur . frustra ò miseri euertere hoc templum Dei festinatis ; quæ vos infania cepit ? Thomam principem eloquentiæ sacræ futurum , nugis , stultisq; suasionibus in vestram inducere voluntatem putatis ? sed eia agite , gladius mundi abstersior exeat de guagina iniquitatis vestræ , vt interficiat animam innocentis , ecce , mulierem ad Thomæ labefactandam puritatem mititis , ab eo , cui Dominus gloriam virginitatis parauit , confringentur coinquinata tela luxuriæ ; impura mulier infernalis Hydra , quæ in carnali certamine obtruncata , statim septigera surgit ceruice , ab Aquinate Hercule domitore titione expulfore vincitur .

Acerrimus iste miles magnificiens tanti prælij gloriosum exitum , sciensq; se de illis retulisse sexu triumphum , qui à Salamonis capite sapientiam , à Davidis corde sanctimoniam , & e Sampsonis manibus subripuit fortitudinem , obnunciansq; omnia à Deo accepit .

cepisse, Christo feruatori suo, vt propria ostenderet imbecillitatem flexis genibus, gratias egit, & somnum delaxato capienti parainphorum species est oborta, qui constrictis eiusdem lumbis ipsum perpetuæ desponsati sunt castitati. hinc mundi caducitates parui face e, sororibus persuasit. E Sancti Ioannis turri egressus Predicatorum Generali duce Parisium accedit, vbi anxio labore, & tota mente speculationes ingressus, magnum Alberti Magni alumnum esse, & de meliori nota ab omnibus commendari promeruit. Thomas noster serualum equidem erat ad Spiritus Sancti dona excipienda apparatus, ideoq; tanta illi fuit aureæ sapientiæ accessio, vt ad vigesimum quintum annum ascensus, magistrali neceretur laurea, & in Philosophica, & Theologica interpretatione se declararet non minus aptum ad linguas in debita sui acclamatione defatigandas, quàm ad aures reficiendas angelica doctrinarum eruditione.

Thomæ calamus nunquam in atramentorum tenebris se mergere consuevit, ni prius se ad paradisi fulgores, ardentium precationum, nixualis, eleuasset. Vox eius nunquam à sedium eminentia; nunquam à suggestuum fastigio descendit, ni prius orationis scala cælorum superasset cacumina. In sacris attentè explicandis scriptis feruentum orationum radio vaporosus obuiarum difficultatum dissoluebat tepores, & hoc non sufficiente plenum ieiunij posse ad dissipanda dubia, certa victoriæ spe adhibebat.

Quid mihi dicendum de Angelici Doctõris doctrina? sermo sanè ad altiora nequit petere encomia, quàm ipsam predicare cælestem, huius veritatis testis erit mihi frater Reginaldus, Thomam sepe percceptus, sibi de suis eruditis laboribus nullum parasse fructum, sed omnia Deo optimo maximo accepta referre. Neapoli cum preces ante Crucifixi imaginem vehementius funderet, ea fuit orationis vis, vt de exanimato Christiore, animatè emanarent voces, & breui verborum prolatione immensè Aquinatis laudes hoc doctissimo circumscriberentur Preconio. *Bene scripsisti de me Thomas, quam ergo mercedem accipies?* at ipse sanctè cautus omnem postergatus cupiditatem, non aliam, inquit, nisi te Domine. petitam quippe retulisse mercedem Thomam, testantur effectus, nam sui Redemptoris, memorandum ei contingit instaurare miraculum, quando in Principis Apostolorum Basilica

per

per octauam Pasche concionem habenti, mulierem, que in sanguinis fluxu eius animam proferantem ad mortem lacrimanti spectabat facie, dum simbriam ipsius tetigeret, sanitati restituit.

Respublica litteraria scriptores iactare nescit, quos Thomę studium diligenter nõ indagasset. Huic Dei buccinatori Patrum collationes alimenta prebebant, & ipsius incessans predicatio spiritum à Spiritu Sancto desumebat. Verum enimvero sicuti alijs concionari optimè sciuit, ita modò optimè Vniuerso pronulgant suę virtutis pretium, scientię illę æternę, que sub prelorum pondere vulgaria ingemuerunt fata, eas constringentia ad ferendos fragilium caracterum impressiones. Scripta eius rara ob multitudinem ob varietatē vnica, ob facilitatem ineffabilia, **DOCTORIS ANGELICI** nomen tradiderunt auctori. Thomas ab eminenti proprię humilitatis edificio, eas dignitates, quas anxie nimis, & perniciosè homines querunt, simul, & earum ambitionem intrepidus deiecit, & ab honorum blanditijs profuga defecit lumina. Iussu Gregorij X. ad Concilium Lugdunense profectus, in Fosse Nouæ monasterio proximus morti Cantica Canticorum Cicnus iste cęlestis exposuit, ibi quinquagenarius factus pijsimè obiit. Nos verò dum ipse sepulcro clauditur, aperiamus eius virtutum errarium, & locupletemus animas nostras.

Sed heu me miserum, quia inopem me copia facit, & radius ille, qui pupillarum admeniculum deberet esse earum oprimit lucem, & denigrat, ea est enim Angelici Doctoris meritorum magnitudo, & virtutum multitudo, vt facilius sanè arenas maris, vel Cęli astra digito numerare valeam. nam ab huius fulgentissimi Abissi facie omni tenebrofi criminis sublata nigredine clarissimum cunctarum perfectionum compendium **AQVINATBM** declarauit Aptissimus, in ipso enim resulxerunt quodammodo cęlestium spirituum operationes, & sanctorum virtutes. **ANGELO-RVM** custodiam: in sollicita animarum salutis curatione. **ARCHANGELORVM** diligentia de omnibus locis: in doctrina, eius de omnibus orbis partibus heresum propulsante nequitiam. **PRINCIPATVVM** Providentia de omnibus Regnis: in terrarum orbem, à peccatorum tyranide ferè subiectum, ab ipsius doctrina, & predicatione Imperio virtutis restitutum. **POTESTATVM** potentia: in conculcatione vitiorum, & diabolicę Aris euerfione. **VIRTVTVM** efficacia: in miraculorum prestanti-
tiam.

tiam. **DOMINATIONVM** præminentia : ad altiores Sancti-
tatis apices dum eueitur. **TRONORVM** in se Deum retinen-
tium : Deum nunquam ab ipso alienatum. **CHERUBINORVM**
sapientia : in eius doctrinam profundam. **SERAPHINORVM**
caritas : in sui erga Deum , & proximum indeficientem amorem.
MARTYRVVM tribulationes : in eius constantiam. **CONFES-
SORVM** sobrietas , & temperantia : in ieiunijs , atq; orationi-
bus. **VIRGINVM** puritas : in ipsius castitate perpetua , &
prorsus libidinoso peteandi fomite estincto. Demumq; virtutes
omnes, quas habuere viri Sancti noui, & veteris Testamenti spar-
sim , & sigillatim , dicere mihi liceat, ipsum vnicum vnâ habuisse.

Quid amplius de **AQVINATE** dicendum? dicam vt sicam
eum **LEONE** Pontifice; inde oritur difficultas fandi; vnde
adest ratio non tacendi; sed quia nunquam materia deficit laudis,
nunquam sufficit copia laudatoris.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

DICERBAW